

*Christianis omnia licent, 1. Cor. 6. 12.*

*E. possunt impunè peccare.*

Resp. verba Θεορήτορος Pauli non simpliciter sunt intelligenda, sed secundum materiam subjectam, quam ibi tractat. Loquitur autem ibi saltem de *rebus adiaphoris*, quæ divinitus nec mandata nec prohibita sunt.

*Bertijs περὶ ἐρμηνείας c. 7. p. 100.*

6. *Qui animam suam vult servare, perdet eam, Matth. 16. 25.*

*Ægrotus utens operâ medici, vult animam suam servare:*

*E. perdet eam & per consequens: non licet uti Medicorum operâ.*

Resp. loquitur dictum Christi tantum de confessione veritatis, edendâ in casu necessitatis, ubi si quis neglectâ gloriâ Christi, & agnitâ Evangelii veritate, suam vitam servare quæret, perdet eam.

7. *Quod Deus nobis interdixit, id vitandum est,*

*Sed imaginibus interdictum est nobis.*

*E. imagines sunt vitandæ.*

Resp. est σοφισμα τὸ ἀπλῶς καὶ τὸ πῶς. κη̃σις imaginum non est prohibita, sed libera:

bera: